



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Luxuria, Luxus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Tamdiu spiritu fornicationis animum necesse est impugnari, donec se bellum gerere super vices agnoscat. Nec labore, vel studio proprio victoriam obtinere se posse, nisi Dei fuerit auxilio ac protectione suffulta. Cassi ex collatione Abbatis Moysi.

Breuis est voluptas fornicationis, sed perpetua poena fornicationis. Beda de templo. Sal Hugo.

Luxuria est immoderata potio, quae humanum corpus debilitat, & virilis animi robur enecat. ibid.

Venus est illecebrosa voluptas, adulterina iucunditas, quae mel habet in ore, sed in corde aculeum in dorso. ibid.

O extrema libidinis turpitudine! quae non solum mentem effocinat, sed corpus enecat, non solum maculat animam, sed foedat personam. Omne namque peccatum, quodeunque fecerit homo extra corpus suum est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Semper illam praecedunt ardor & petulantia, semper comitatur factor & immundities, semper sequitur dolor & poenitentia. ibid.

Quis eius multiplices species enumerare valeat? haec enim Pentapolim cum adiacenti regione subuertit: Sicheim cum populo interemit: haec filios Iudae percussit, Iudaeum & Madianitidem pugiliter transfudit: tribum Beniamin pro vxore Leuitae deluit: filios Hebraeos in bello profrauit, haec Vriam occidit: Ammon interfecit: plurimos lapidauit: haec Ruben maledixit: Samsonem seduxit: Salomonem peruerit. Verum est ergo, quod legitur: Propter speciem mulieris multi perierunt. ibid.

POETICAE SENTENTIAE.

Quid. lib. 2. de remedio amoris.

Nec minus erucas aprum est vitare salaces, Et quicquid Venere corpora nostra parat, Vtilius sumas acuentis lumina rutae, Quam quicquid Venere corpora nostra parat. Idem epist. Bruteidis ad Achillem.

Est aliquid solis collum terigisse lacertis: Praesentisq; oculos admonuisse sinu. Propert. lib. 3. Eleg. 11.

Certa quidam tamen causa est manifesta ruinae, Luxuria nimium libera facta via est.

Martial. lib. 9. in Ponticum.

Pontice quod nunquam fatuus, sed pellicea aua Veneri & Venere seruit amica manus: Hoc nihil esse putas? scelus est (tibi crede) sed ingenti Quantum vix animo concipis ipse tuo. Nempe semel factus generaret Horatius ut tres: Mars semel ut geminos illa casta daret. Omnia perdidit, si mas turbecus vteret: Mandasset manibus gaudia se de suis. Ipsam crede tibi natam am dicere veruon. Illud quod digitis, Pontice perdis homo est.

Lucan. 4. Pharsal.

O prodigi, veruon Luxuries nunquam paruo contenta paratib. Et quae struunt terra pelagoga, ciborum. Ambitiosa fames, & laeta gloria mensa, Discite quam pau no liceat producere vitam. Seneca tragced. 9.

Totum per orbem maximum exortum est malum, Luxuria pestis blanda.

Clauda. Stil.

Nec te iucunda fronte fessellit Luxuries pradae malum, quae dedita semper Corpora at virgins, habebat caligine sensus, Membraaq; Circus effuminat acrim herbis. Blanda quidem vulu, sed qua non reuor illa Interitus sucat a genus, & amicta dolosis Illecebris toros auro circumligat hydros. Illa Caluptatum multos intextit hamis.

Sen. Oct. act. 2.

Totum per orbem maximum exortum est malum, Luxuria pestis blanda: cui dedit vires, Roburq; longum tempus atq; error graui.

Iuuenal. 6.

Nil non permittit mulier sibi, turpe putas nil, Cum Virides gemmas collo circumdedit, & cum Auribus extensis magnos canumit et elenchos. Lucan. 1.

Namq; ut opes nimias mundo fortuna subalto Intulit, & rebis mores cessare secundis, Pradaq; & hostiles luxum suafere rapina: Non auro, tectiue modus, mensaq; priores Adsternat a sumas cultus gestare decores, Vix nurbus rapuere mares: secunda virorum Paupertas fugit, ur, toroq; arcebitur orbe, Quo gens quoy perit.

Sen. Hipp. act. 1.

Quisquis secundus rebis exultat nimis, Plurimq; luxu, semper insolita appetens, Hinc illa magna auro fortuna comens Subit libido: non placent sueta dapes, Non tecta fami moris, aut vilius cibus? Cur in penates rariis tenues subis Hac delicatas eligent pestis domos? Cur sancta paruis habitas in tectis Venus, Medumq; sanas vulgus effectus tenet, Et se coercent modica: contra diuites, Regnos, sulci plurimam quam fas est petenti? Quod non potest, vult posse, qui nimium potest, Silius 15.

Inde aspic late

Florentes quondam luxu quas vertitur orbis, Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostis, Quantum sola nocet animis illasq; voluptas. Claud. 3. Stil.

Nam cetera regna

Luxuries vitiq; odijq; superbia vortis, Sic male sublimes freget Spartano Achomae, Atq; item Thebis Cecidit, sic Medus adempto Affrigo, Medoquo tulit moderamina Perseis, Subiecit Perseu Macedo, cessurum & ipse Romanis haec augurij, firmata Stylla. Idem 3. de rapt. Proserp.

Sed quod d. illi suat honesti

Luxus, & humanas oblitum copia mentes, Prouocet ut segnes animos.

Quid. Pont. 11.

Nec vires adimit Venere damosa voluptas, Non solet in menses illa Venere toros.

Perlius 5.

Hic campo indulget, hinc alea deoripit: ille In Venere puris sed cum lapsa chiroga Fregit articulos, vter erit ramalia sagi, Tunc crassos tranasse dies, lucensq; palustrem, Et sibi iam feri vsum ingenuere reliquam. Ouid. Amor. 9.

Qua bello est habitus, Venere Luoque conuenit, Turpe fenex miles, turpe senilis amor.

Sen. Hipp.

O terram genus!

Non ulla vinculum lege melioris solli, Fera quoy, ipsa Venere autent uesat, Generosq; leges traxit seruat pudor. Ouid. 1. Metamorph.

PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

De Luxuria. Dial. 10.

Francisci Petrarcha.

D O L.

Astu quatuor libidinum R. Atqui libidinem torp pigro autem illam parit. Quid miri igitur, filiam post parentis deperit lam certe & luxuriam, communes vobis esse cum beluis, namque bestialem vitam vestram facere, sapientibus visum est. Itaque sine alia grauiora mala; nullum vilius. D. Libidini raptores. R. Quoy vero, nisi ad mortem animae, & corporis, & infamem eorum, quoy que poenitentiam, & forsasse inuitiam. I. nunciatur, & raptores sequere, quae te tales rapit ad exitus. Cogita autem ita memores casus miserabiles ac famulos, non modo singularium hominum sed vrbium, & regnorum, qui tibi partum viliu. partum edidit. Atroxime lectione debent esse notissimi, raptaui nequam, quoy trator, manum dabis. Audi enim, quid hinc doctissimi, vni fratrum ac scripserint. Voluptates, ait Cicero, blandissimae, domitorum partes animi a virtute detorqueunt. In hoc, inquit Scitica, non plebuntur, vt stranguent, non aliter ergo quam latrunculi, vrbibus insidiantes, eosque seducetes, ac pimentes declinam. In quod valde proderit, si illud praclarissime apud Latium a Bopione Africano dictum Masinise dictum, sibi quisquis has plebtorabit accipiat. Vince, inquit, animum. Caue de formos, vna na vno vitio, & tot meritorum gratiam maiore culpa, quoy culpa est, corumpas. Idque facilius fiet, si quis acciter rei utilitatem, obsecenitatem, breuitatem, finem cogiter, ac longum oblectamentum, fugacis, forsitan, aut momenti vnius illecebras multorum poenitentia, vel aeterno forsasse supplicio puniendas. Meretrix nonaria est inferni ianua, via iniquitatis, corporis percussio, vicarium scelorum, puteus interitus. Scitica de libidinis disciplina.

Demosthenes stomachum Laidis nobilissime meretrix

phosphorus, & querians. Hoc quantum, illa dicente, Mille
 componi ornamentis, neque contextis indumentis arteq; laboratis
 venustar, nisi cum fortari atq; amatores moliri studuerit: neque,
 viros annulis aureis splendescere, neq; stromelia veste contegi, nisi
 cum lenocinari, aut adulteria committere niterentur. Ita facillimo
 peccare genere, vituperio felicitatē probrī, perniciem deliciarum om-
 nem atq; intemperantię labem coercuit: exclusitque licentię pro-
 cacitatem, maxima impudentiā irritamenta. Nemo enim tam per-
 ditę libidinis inueniri poterat, qui domestica attestatiōe & pro-
 prio suę turpitudinis testimonio, vellet se perpetua inter ciues pro-
 bro ludibrioque damnare. *Diodor. Sicul. hist. lib. 12.*

Minime mirum est nec Oppiam, nec aliam vilam inter veteres
 legem desideratam esse, quę modum sumptibus mulierum face-
 ret, cum aurum & purpuram data & oblata vitro non accipiebant.
 Si nunc cum illis donis Cyneas urbem circumiret, stantes in publi-
 co inuenisset quę acciperent. Atque ego (inquit Carō censorius)
 nonnullarum cupiditatem non causam quidem aut rationem inire
 possum. nam vt quod alii liceat, tibi non licere? aliquid fortasse na-
 turalis aut pudoris aut indignationis habeat: sic æquato omnium
 cultu, quid vnaquęque vestrum veretur ne in se conspiciatur? Pessi-
 mus quidem pudor est vel pauperum vel paupertatis, sed vtrunq;
 lex vobis demit, cum id quod habere licet, non habetis. *Lin. Decad.*
4. lib. 4.

Simul lex modum sumptibus vxoris tuę facere destiterit, tu nun-
 quam facies. *idem. ibid.*

Blandum est malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius
 est, quam vitare. *Val. Max. l. 9. tit. de Luxuria.*

At Campana Luxuria perquam vilis ciuitati nostrę fuit. Inui-
 ctum enim armis Annibalem illecebris suis complexa, vincendum
 Romano militi tribuit. *idem. de Annibale.*

Blandum malum luxuria, quod accusare aliquanto facilius est
 quam vitare. Quę inuictum Annibalem armis illecebris suis com-
 plexa, vincendum Romano militi tradidit, illa ducentis vigilantissi-
 mum, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundantiam vino,
 vnguentorum fragrantia, Veneris vlti lasciuiores, ad somnum &
 delicias euocauit. Quid his ergo vitis foediū? quid etiam damno-
 sius quibus virtus atteritur, virtutis languent: sopita gloria infamiam
 conuertitur, animi & corporis vires expugnantur: adeo vt
 nescias, an ab hostibus, an ab illis capi perniciōsius habendum sit
Val. Max. l. 9.

Etus carnum, & potus vini, ventrisq; saturitas, feminarium libi-
 dinis. *ibid.*

Α Ρ Ο Π Η Τ Η Ε Γ Μ Α Τ Α .

Pythagoras. Dicebat, in ciuitates primum irrepsisse delicias,
 mox saturitatem, deinde violentiam, postremo exitium. *Laert. l. 7*
cap. 1.

Aristippus. Quem quidam illi probro darent, quod splendide
 exquisiteque viueret philosophus: Id, inquit, si vitium esset, in ce-
 lebritatibus Deorum nequaquam feret. In his enim & magnifice
 vestiri, & lautissimo ciborum apparatu solent vti. Porro cum Di-
 sint in se si vitium, non placentur, sed irritantur eiusmodi magni-
 ficentia, si ea cum vitio esset coniuncta. Sic ille quidem eludit con-
 uictum, non ostendit, quid esset opimum. *Laertius libro secundo*
cap. 8.

Zeno Citicium quendam audiens, luxuriam suam sic coram bonis
 viris excusantem, vt diceret, se ex eo, quod superfluum sibi esset
 sumptum facere, argutissime respondit: Age dic, dares etiam ve-
 niam coquo tuo, si cum, obsonia plus æquo salsa daret, diceret sibi
 copiam salis esse? Sensit vir prudentissimus, nequaquam ex multa
 ferum copia vitium moderandum esse, sed ex necessitate naturę,
 quę paucis contenta esse solet. *Laertius lib. 7. cap. 1. Maxim. ser-
 monē 61.*

Crates quendam delicias luxurique deditum, ita per locum ad-
 monuit: Ne pro lenticula semper augeas patinam, ne in seditionem
 nos conicias. Sentiens, à luxu cupidusque plerumque nasci dissidia,
 Lenticula Philosopho cibus est, & in diuitum
 mentis circumfertur. *Laert. l. 5. c. 6.*

Aristophanes, quodam prædicante delicias: Hostium, inquit, fi-
 lis contingat, in deliciis viuere: artem pestilentem detestans, quod
 plerique pro summo bono amplectuntur. *Laertius libro sexto ca-
 pite 1.*

Diogenes inuiserat Lacedæmonem: inde Athenas reuersum,
 quidam percontabantur, vt sit, quo iret, & vnde veniret? A viris,
 inquit, ad feminas: notans Atheniensium delicias effeminatos
 mores, quum Lacedæmonii dure instituerentur. *Laertius libro*
sexto.

Idem. Videns deliciarum quendam hominem à seruo calceari:
 Nondum, inquit, sat beatus es, nisi te etiam abstergeat, id autem erit,
 si mancus fueris. *Laert. lib. 6.*

Idem. Luxuriosum quempiam in diuersorio conspiciens, ve-
 scentem oleis. Si sic prandises, inquit non ita ctenares, sentiens, non
 esse frugalitatis, quod ederet olea: sed quod stomachus nimis lau-
 ro prandio grauatus, nihil appeteret in cæna, vel potius, quod in-
 genti opum vi prodigaliter ablumpta, tenuiter viuere deinceps
 cog-

bem noctu egredi, nisi cum mœchos adire pararet: neque aureis
 componi ornamentis, neque contextis indumentis arteq; laboratis
 venustar, nisi cum fortari atq; amatores moliri studuerit: neque,
 viros annulis aureis splendescere, neq; stromelia veste contegi, nisi
 cum lenocinari, aut adulteria committere niterentur. Ita facillimo
 peccare genere, vituperio felicitatē probrī, perniciem deliciarum om-
 nem atq; intemperantię labem coercuit: exclusitque licentię pro-
 cacitatem, maxima impudentiā irritamenta. Nemo enim tam per-
 ditę libidinis inueniri poterat, qui domestica attestatiōe & pro-
 prio suę turpitudinis testimonio, vellet se perpetua inter ciues pro-
 bro ludibrioque damnare. *Diodor. Sicul. hist. lib. 12.*

Minime mirum est nec Oppiam, nec aliam vilam inter veteres
 legem desideratam esse, quę modum sumptibus mulierum face-
 ret, cum aurum & purpuram data & oblata vitro non accipiebant.
 Si nunc cum illis donis Cyneas urbem circumiret, stantes in publi-
 co inuenisset quę acciperent. Atque ego (inquit Carō censorius)
 nonnullarum cupiditatem non causam quidem aut rationem inire
 possum. nam vt quod alii liceat, tibi non licere? aliquid fortasse na-
 turalis aut pudoris aut indignationis habeat: sic æquato omnium
 cultu, quid vnaquęque vestrum veretur ne in se conspiciatur? Pessi-
 mus quidem pudor est vel pauperum vel paupertatis, sed vtrunq;
 lex vobis demit, cum id quod habere licet, non habetis. *Lin. Decad.*
4. lib. 4.

Simul lex modum sumptibus vxoris tuę facere destiterit, tu nun-
 quam facies. *idem. ibid.*

Blandum est malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius
 est, quam vitare. *Val. Max. l. 9. tit. de Luxuria.*

At Campana Luxuria perquam vilis ciuitati nostrę fuit. Inui-
 ctum enim armis Annibalem illecebris suis complexa, vincendum
 Romano militi tribuit. *idem. de Annibale.*

Blandum malum luxuria, quod accusare aliquanto facilius est
 quam vitare. Quę inuictum Annibalem armis illecebris suis com-
 plexa, vincendum Romano militi tradidit, illa ducentis vigilantissi-
 mum, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundantiam vino,
 vnguentorum fragrantia, Veneris vlti lasciuiores, ad somnum &
 delicias euocauit. Quid his ergo vitis foediū? quid etiam damno-
 sius quibus virtus atteritur, virtutis languent: sopita gloria infamiam
 conuertitur, animi & corporis vires expugnantur: adeo vt
 nescias, an ab hostibus, an ab illis capi perniciōsius habendum sit
Val. Max. l. 9.

Etus carnum, & potus vini, ventrisq; saturitas, feminarium libi-
 dinis. *ibid.*

Α Ρ Ο Π Η Τ Η Ε Γ Μ Α Τ Α .

Pythagoras. Dicebat, in ciuitates primum irrepsisse delicias,
 mox saturitatem, deinde violentiam, postremo exitium. *Laert. l. 7*
cap. 1.

Aristippus. Quem quidam illi probro darent, quod splendide
 exquisiteque viueret philosophus: Id, inquit, si vitium esset, in ce-
 lebritatibus Deorum nequaquam feret. In his enim & magnifice
 vestiri, & lautissimo ciborum apparatu solent vti. Porro cum Di-
 sint in se si vitium, non placentur, sed irritantur eiusmodi magni-
 ficentia, si ea cum vitio esset coniuncta. Sic ille quidem eludit con-
 uictum, non ostendit, quid esset opimum. *Laertius libro secundo*
cap. 8.

Zeno Citicium quendam audiens, luxuriam suam sic coram bonis
 viris excusantem, vt diceret, se ex eo, quod superfluum sibi esset
 sumptum facere, argutissime respondit: Age dic, dares etiam ve-
 niam coquo tuo, si cum, obsonia plus æquo salsa daret, diceret sibi
 copiam salis esse? Sensit vir prudentissimus, nequaquam ex multa
 ferum copia vitium moderandum esse, sed ex necessitate naturę,
 quę paucis contenta esse solet. *Laertius lib. 7. cap. 1. Maxim. ser-
 monē 61.*

Crates quendam delicias luxurique deditum, ita per locum ad-
 monuit: Ne pro lenticula semper augeas patinam, ne in seditionem
 nos conicias. Sentiens, à luxu cupidusque plerumque nasci dissidia,
 Lenticula Philosopho cibus est, & in diuitum
 mentis circumfertur. *Laert. l. 5. c. 6.*

Aristophanes, quodam prædicante delicias: Hostium, inquit, fi-
 lis contingat, in deliciis viuere: artem pestilentem detestans, quod
 plerique pro summo bono amplectuntur. *Laertius libro sexto ca-
 pite 1.*

Diogenes inuiserat Lacedæmonem: inde Athenas reuersum,
 quidam percontabantur, vt sit, quo iret, & vnde veniret? A viris,
 inquit, ad feminas: notans Atheniensium delicias effeminatos
 mores, quum Lacedæmonii dure instituerentur. *Laertius libro*
sexto.

Idem. Videns deliciarum quendam hominem à seruo calceari:
 Nondum, inquit, sat beatus es, nisi te etiam abstergeat, id autem erit,
 si mancus fueris. *Laert. lib. 6.*

Idem. Luxuriosum quempiam in diuersorio conspiciens, ve-
 scentem oleis. Si sic prandises, inquit non ita ctenares, sentiens, non
 esse frugalitatis, quod ederet olea: sed quod stomachus nimis lau-
 ro prandio grauatus, nihil appeteret in cæna, vel potius, quod in-
 genti opum vi prodigaliter ablumpta, tenuiter viuere deinceps
 cog-



cogeretur. Nam tenuis prandium optime condit cenam. Laert. lib. 6.

Idem ad eum, qui obsonis & luxui plus aequo indulgebat, illud Homericum accommodat:

Ὀνομαστος δ' ἦν οὐκ ἴσως ἴστωρ. id est:

Nate mihi fueris brevis tui: significans, illum sibi luxu mortem acceleraturum. Laert. lib. 6.

Idem, eos, qui per luxum in coquos, nepotes, scorta, & adulatores facultates suas profunderent, similes dicebat arboribus per præcipitia nascentibus, quarum fructus homo non gustaret, sed a coruis & vulturibus ederentur: sentiens, eos, qui gula ventricque seruiunt, non esse homines. Laertius idem Crateri tribuitur à Strob.

Idem, Stomachabatur in eos, qui pro bona valetudine Diis munerera offerrent, & in ipso factu omnibus voluptatibus se obruentes perderent. Laert. lib. 6.

Idem aiebat, faciles esse Deos ad donandum hominibus vitam: ceterum hanc ignorari ab his, qui quærunt dulcissima vnguenta, aliasque hoc genus delicias. His enim qui fruuntur, credunt vivere: quum veram vitam tranquillam ac suauem sola præstet sapientia. Non igitur dii inuiti faciunt, sed homines, qui per stultitiam non postulant ab illis vitam, sed voluptates. Laert. lib. 6.

Idem, Qui scopum non attingunt, hi vulgo ἀτυχεῖς, id est, frustrari dicuntur. At Diogenes negauit illos frustrari, qui aberrarent à scopo: sed eos, qui curas suas ad voluptates velut ad scopum dirigerent. Nam ab his peunt beatitudinem, cum per eas deueniant in summam miseriam. Laert. lib. 6.

Heraclitus, in seditione rogatus, vt apud populum sententiam diceret, quo pacto ciuitas redigi posset in concordiam, in consensu sitgestu, poposcit calicem aquæ frigidæ, & paululum farinae inspergit, mox de glechone admiscuit, quod est vel pulegii syluestris, vel leguminis genus. Deinde epoto calice discellit, nec verbum addidit: hoc pacto inueniens, ita demum ciuitatem caritatem seditionibus, si repudiatis deliciis, assuescerent paruo contenti esse. Et hic Heraclitus suo respondet nomini. Nam ἡρακλεὺς dictus est, id est, tenebrosus. Refertur hoc inter ἄφωνα ἀποφ. Erasim. apoph. ex Plat.

Socrates dicebat, eos, qui se ad continentiam ac frugalitatem exercuissent, & longe plus habere voluptatis, ac minus dolorum, quam qui summa cura vndique pararet oblectamenta, quod voluptates intemperantiam, præter animi sibi male conscii cruciatum, præter infamiam ac paupertatem, frequenter ipsi etiam corpori plus adferant molestiæ, quam delectationis. Contra, quæ sunt optima, eadem sunt iucundissima, si quis assueuerit. Laert. lib. 2. cap. 5.

Plato, generosum conspicuus adolescentulum, patrimonio consumpto ad fores pandochii panes edentem, & aquam bibentem. Si inquit, sic moderate prandisses, nunquam sic cœnares. Maxim. sermone 61.

Idem conspicuens Agrigentinos magnis impensis ædificare, eodemque modo cœnare: Agrigentini, inquit, ædificant, quasi semper victuri, & comedunt quasi semper morituri. Dicit autem Timæus, eos lecythis argenteis & strigilibus vfos esse, mensas rotas burnas habuisse. Elian. lib. 12. de var. hist.

Aristippus, Sophista Polyzenus ingressus ædes Aristippi, quum videret illic mulieres pulchre ornatas, ac magnifice instructum conuiuium, cepit reprehendere tantum in philosopho luxum. Aristippus dissimulata obiurgatione aliquanto, potesne, inquit, hodie nobiscum esse? Cum ille non recuassset: Quid igitur, inquit, inuasas? Videris enim non lautio rem mensam reprehendere, sed impendium. Nam si conuiuium ob hoc ipsum displicuisset, quod esset lautius, recuassset esse conuiua. Porro probare quidem apparatus, sed offendi sumptu, non frugalitas, sed auari hominis esse videtur. Laert. l. 2. c. 8.

Menedemus Antigono consulenti, deberetne ad comestationem quandam adire: post silentium nihil aliud respondit, quam, Regis filius es. Subindicans, luxum indecorum esse regno natis: nec potentibus licere quod libet. Laert. l. 2. c. 18.

Diogenes philosophus a familiaribus dicere consuevit, mel summo digito, non caua manu gustandum esse. Sentiens, voluptates quam paruisse admittendas. Philostratus in sophist.

Arcesilaus Scythæ percontanti, qui fieret, vt ab aliis sectis multi de fide rent ad Epicureos, ab Epicureis nulli desisterent ad alios: Quoniam, inquit, ex viris Galli sunt, ex Gallis viri nequaquam sentiens, homines esse prouiores ad voluptatem, quam ad virtutem, Gallos dixit sacerdotes Cybeles euitatos. Porro voluptatem amplecti, cœmnarum est potius, quam virorum. Laertius libro quarto, cap. 6.

Yanus sophista Assyrus, cum primum ætatem dicasset voluptatibus, simul vt ad virtutem peruenit, veluti alius subito factus miram induit morum severitatem. Itaque percontanti cuidam, num illa (scœnam ostendens) videretur formosa? ἡταναιμῶν, inquit, ὀφθαλμοῖν, id est, desij laborare ab oculis. Ab altero quopiam interrogatus, quis piscis, aut quæ auis esset ad vespendum suauissima? ἡπαιμενῶν, inquit, ἡπαιμενῶν ἰσθῶν, id est, ista curare desij. Et adiecit:

ἔστιν ἡ γὰρ τῆς ταρταρῆς ἀκρῆς τρυφῆς, id est, sensu enim meo in hortis fructus colligere. Subindicans, omnes eum modo voluptatibus quibus iuuentus capitur, nihil aliud esse, quam vltimam delicias quales de Tantalio fabulantur Poeta. Philostratus.

Stratonice Rhodius cum videret delicias dissolutos, et alios in lautis appellauit albos Cyrenæos, & ciuitatem illam in lautis appellauit albos Cyrenæos, quod colore quidem dissoluti, sed quidam appellabant albos Mauros. Athen.

Idem. Cum Rhodi ageret, taxans eius gentis luxum delicias dicebat illos ædificare vt immortales, obsonare, quasi heredes vt victuros. Audiens enim frumitur his, quæ breui sciamus vt da. Erasim. apoph. ex Plat.

Philoxenus. Is fuit insignis ganeo, qui cum in carpano delicias vidisset, in qua delitiae coquebantur, odore caprus, iussit frumitur emere. Filio dicente, eam ollam magno pretio vendi: frumitur, respondit, & iucundior erit, quo maiori pretio tam emere frumitur lib. 10. de var. hist. Idem collum longius sibi quam fieri exoptabat, vt in gustu magis oblectaretur. Aristophanes in Brasim. l. c. 1.

Alexius poeta. Callimedontera rhetorem, vt delicias taxauit his verbis:

Ἰνῆ πατρὸς ἡν πᾶς τις ἀποθήκεν δῖαν, Ἰνῆ δ' ἡ μὲν ἔστιν ἡ πατὴρ ἡν ἡ πατὴρ. Pro patria vel quilibet Selti mori: At metra amore Callimedon, solum capiti.

Perit Latinis ioci gratia: nam πατρὸς patriam significat, non matrem, sed vltimum aut piscem sonat. Pisces olim cœnati delicias. Erasim. l. 6. apoph.

Lycurgus, cum statuisset inuadere delicias, luxumque ad quoque collere diuitiarum admirationem, inuituit sibi abro conuiua publica. Percontanti vero, cur ea constituisset, dicitur: gulis conuiuiis pauci cum armis discumberent: Vbi conuiuii sunt ad parendum imperatis: & si quid tumultus incideret, paucos sit delictum, sitque inter omnes potus ac cibi æquum: denique non solum in esulentis ac poculentis, verum in illis quidem, aut vasis, aut alia re quacunque plus haberet diuitiarum pauper. His rationibus cum diuitiis detraisset administrationem, quam nemo erat, qui vel vti posset illis, vel ostentare, detrahit: Quam præclarum est, ὅτι amici! ipsa re declarasse, conuiuium diuitiis, si quando cœnæ sunt, carentque spectatoribus & adulatoribus. Interim obseruabat, ne quis prius domi sumpta cœnæ ad publica conuiuia, expletis aliis cibis, aliove potu. Quod si ad ceteris non biberet, ederet, eum vituperabant, in quibus edulis delinitus, abhorreret à victu communi. Porro quum conuictus esset id fecisset, multa dicebat. Vnde Agis quum post Lycurgum tempore rex fuit, debellatis Atheniensibus, reuertens, cum vellet quadam die cœnam capere cum reuerentibus potentibus, præfecti militum non miserunt. Et res cum potius innotuisset Ephosis, multam illi dixerunt. In eodem tempore exemplum nobis esse proditum: primum flagitiosum, deinde seueritatis, cum in causa non graui leges, nec regni prepererit. Erasim. in Lacon.

Agellus, cum audiret quandam mirari, cur rex cum cœnatis cœdemonis tam frugali cibo vestiret: Pro his dicitur, inquit, optimam messem metimus libertatem. Quo distendere voluit, nihil aequè libertati contrarium esse, ac voluptatem. Plus in Lacon.

Isander, cum filiabus suis non permitteret, vt vellet à Doro dato induerent, interrogatus. Quam obrem hoc faceret? Respondit, luxuria conspicua, torporis videntur, quam facerent: Erasim. l. 3. c. 33.

Epaminondas à quodam ad cœnam inuitatus, quum belatorum, obsoniorum & vnguentorum apparatus inuenisset, exurgit abijt, dicens: Ego te sacrificare, non lasciuire parauim. Plus in apoph.

Idem: Quum coquus impensis rationem redderet, maximum olei sumptum duntaxat ægre tulit: sed collegit admodum, impensas quidem sibi non displicere, dixit, sed quod tantum olei intra corpus ipse accepisset. Damnauit autem luxum tantum magis, quam in semetipso, quem adeo prodigum olei sumptum in victione corporis fatebatur, vt hac in re omnes facile superaret. Erasim. in apoph.

Cyrus, Persæ, quoniam regionem habebat motuotam irramque, cupiebant eam campestri ac molliore commutare. Cui passus est Cyrus, dicens: Quem admodum plantas ac semina, sic hominum mores ad regionis habitum immutari. Sentiens, se velle duros homines, & laboribus accommodos. Nam mollis ac terrilis regio, molles & ignauios gignit homines. Plus in apoph.

Xerxes iratus Babylonis, quod à se defecissent, postquam illi potestatem suam rededit, interdixit, ne ferrent arma, sed palæstræ biisque canerent, scorta alerent, cauponas haberent, ac inuoluntate nensis vterentur: quo voluptatibus molliori non molirentur debent defecionem. Plus in apoph.

PC

POLY

Phalaris confpicuus iuuenem luxuriosum, Ecce, quodam itauiam, habentem syrnam, ventrem, pudenda &...

Drusus quidam quum balneas patrimoniumq; omne pecuniamque luxuriose dilapidasset, diceretq; se...

Lucullus, quum e cotomus Lucullo cenam modestam apparatam obiurgauit illo dicente, Non putabam sumptuosam...

Calpurnia luxu prodigiosa utens, ut calidis rigidisque vnguentis, preciosissimas margaritas aceto liquefactas torbetet...

Quidam luxu prodigiosa utens, ut calidis rigidisque vnguentis, preciosissimas margaritas aceto liquefactas torbetet...

Equus quidam ingens patrimonium per luxuriam abierat, atq; insuper magnam aris alieni contraxerat.

SIMILITUDINES.

Chrysostomi. Tale est in ventrem cibos mittere, quale quisquam in vitam cibos proiciat. Magis autem non tale, sed multo peius...

cupiditas, amor, turpes, & voluptates turpiores generat. homil. 29. in epist. ad Hebræos.

Basilii. Nisi forte dicturus es illud, quod naucleri facilius feruant nauim farcinis onustam, quam eam, quæ ad cursum expedita est...

Fumus abigit apes. Dona verò spiritualia fugat luxus. de ieiunio.

His, qui bellicis rebus exercentur, qui que palestris luctando deficiunt, conuenit, ut ciborum copia reddant se ipsos corpulentos, & obefores...

Quod equis accidere solet, id hominibus quibusdam, ut quo copiosius ipsis suppetunt necessaria, hoc euadant ferociore.

Heronymi. Tale quid & Israelitico fecisse populo Dominum, ut cupientibus ægyptias carnes, usque ad nauicam & vomitum præberet...

Hugonis de S. Victore. Duobus modis ignis extinguitur, scilicet dum subrahuntur ligna, vel aspergitur aqua: Sic luxurie flamma dum subrahuntur carnis incentiua, vel dum mens irrigatur lachrymarum affluentia...

Hippocratis. Quidam impudentia confusi, cum suos ad amorem habebant, etiam ad alterius lecto fuerim tabescunt. Alios in sanabilla uariarum morbus cruciat...

Plurarchi. Ut polypi non extendant sua flagella, nisi ad esculentum: Sic quidam omnem felicitatem cibo potuq; metiuntur.

Abominamur fornicas utentes ueneficiis in nos: & amplectimur ciborum artifices in Moral.

Qui cibi duntaxat causa ad conuiuium accedunt, quasi vas adducunt imperium in Moral.

Ut Mathematici centro, ac spacio: Ita quidam omnem voluptatem ventre circumferunt in Moral.

Ut axillarum titillatio risum gignit, sed insuauem, & spacio similem: Ita voluptates iniuendæ, quas corpus ab animo excimulatum non sponte capit in Moral.

Ut manus nimium onerantes nauem, deinde in exhaurienda sentina laborant: Ita qui corpus onerant cibis, ac deinde clysteribus inanunt in Moral.

Ut qui sacram pecuniam vertunt in usus belli, voluptatem transferunt ad necessitatem: Ita qui ad usum edunt ac bibunt in Moralibus.

Ut ager serax, sed quem oportet multo impendio colere, non multum iuuat colonum: Sic homo quæsiuolus, sed idem sumptuosus haud, multum reponit hæredi profusurum. in Similibus.

Folengij

Folentij. Quemadmodum ij, qui in lubrica gradientes via, facile cadunt: Ita qui in immodica diuitiarum luxuria sunt, nihil in suis studiis aut actionibus, quod firmum est, statuere norunt. in Psal. mium 73.

Throneri. Quemadmodum ager si nio luxuriatur, ad fructum ferendum parum idoneus, calce vero purgatur: Sic homines nimio cibo ac potu insolecunt, ad res arduas ac laudabiles plane inepti, frugaliore autem vita mansuetiores fiunt. in apoph. 4.

Honore, diuitiæ, atque ministrorum numerus & varietas, nihilo fecius animum afficiunt, quam ymbra corpus. Ergo nihilo fecius valet, qui horum varietate pollet, quam qui caret. Nam neque is plus valet, qui longam quam qui breuem corporis vmbra ducit. in apoph. 82.

Quemadmodum alia vitia multa animum corrumpunt: Ita luxuria egregie corpus effeminat, quodammodo vitiosum reddit. in apoph. 86.

Vi in panis holoserico plus est ostentationis, quam vtilitatis: Sic in apparatu obsoniorum plus sumptus, quam sanitatis, aut etiam dum voluptatis. in apoph. 98.

Quemadmodum diuitiarum copia plurima parit incommoda, quæ dira rerum necessitas tollit: Sic voluptas ac abundans rerum copia, infinita progenerat mala, quæ sobrietate sola tolluntur. in apoph. 115.

Vinea putat a magis est frugifera: & per luxuriam rerum reddita est sterilis Ecclesia. in apoph. 77.

Parportus insolentem redarguit, atque erudit, sapientem autem rerum copia infatuet ac dementat. in apoph. 119.

ADAGIA.

Indulgere genio. Proverbiales sunt figure. Restituere genium. Pro eo, quod est, negare naturam, quod appetit. Indulgere genio, pro eo, quod est, Animo obsequi.

Vita macerata. Bios μμαλακίμνος, Diogen. De molliter viventibus quibus ex facili omnia suppetunt, Curate cuticulam. Horatius.

Ire domum, atque pelliculam curare iube. Num qui voluptati student magis quam fama, unum hoc curant, ut cutis summe niteat. Persius.

Præsiduo curata cuticula sole. Pontificalis cœna. Olim canas sumptuosos opipar asq, Pontificales appellabant. Prægræcari.

Pro eo, quod est, genialem agere Citam Plant. Semper Leonini iuxta pocula. αὐτὸν Ἀσπίλιος πρὸς τὸν κερσῆρα.

In voluptuarios quadrabit, aut in eos, qui semper sunt isdem studiis addicti. Thericlei amicus. Θερχικλῆος φίλος.

Didum in bibulos. Sale perunctus hic adiuuabitur. ἀλοῖν δι' ἀσπυρθεῖς ὄναι ἀνὸς τοῦ.

Aristoph. Dicebatur in eos, qui vel etate vel vino delirarent. E libano boues. ἐκ τοῦ λιβάνου βόες, Idem.

Vix erit, quates effereamus splendore conuiu, aut insignem edacitatem. Thellalorumala. Θεσσαλιῶν ἄλιον.

Proverbialis ioco quondam dicebatur in vestes manicatas, quas Graeci χιπέδον vocant, quod hoc genere per luxum ac delicias creantur Thellali.

Sapientia vino obumbratur. In proverbijs item duo referentur, que sapientem etiam dementent: Vinum & mulieres. Wenn Wein tragebet, so gehet Weisheit auß.

Sine Cerere & Baccho friget Venus. Terent. in Eunuchio: Cibus enim & potus irritamentum sunt libidinis. Der essen ist irrd sein Tang, Wann die Sackpfeiffe nicht voll ist, so kurret sie nicht. Ohne Featwen vnd Wein kan niemand frolich sein.

Heterognathus es. ἑτερογενὴς εἶ. In edacem dici consuevit, quod ob voracitatem alternatim extraque mandibula cibum commanducaret.

Ficus auidibus grate, at plantare nolunt. οὐκ ἀφί' ἀνιδίεσι, φιλῶν εἶ οὐκ ἰθιδίον.

Quadrabit in voluptuarios, ac fugit, antea honesti laboris, quum tamen appetant emolumentum. Die Kage isst die Fische gern, sie will aber nicht ins Wasser.

Alini mandibula. ἄλιν ἄλιν. Conuenit in edaces, alioque stolidos & ignauos. Risus Ionicus. In molles & voluptuarios dicitur. Chorea Ionicæ.

Horatius.

Morus doceri gaudet Ionicos Matura virgo.

Lasciuas saltationes, & parum decoras gestulationes profecti.

Ionice, Ionias. Pro eo, quod est, iocundus, id est, molliter ac delicate.

Matrum sequimini porci. ἰσὶδὲν πορτὸν χίμιν. Quadrabit in gula ventris, dedito. Porcus Troianus.

Conuenit in opiparæ conuiuia, aut in hincem tempore expletum. Græco more bibere.

In voluptatibus & delicijs addidit requirit. Sybaritare. Pro eo, quod est, opiparæ ac genialiter viuere.

Alcinoi mensa. Gregorius simili tropo mensam luxu redundantem. Alcinoi mensa.

Decempes ymbra. δέκαπες ὑμῶν. Id est: Decempes ymbra est, id est, tenandi tempus. Veteribus notabant horas dici Porro Ymbra decem pedum erat gradus parafit, scena spon faciens.

Ventre, 2, 2, 2, 2. Dicebantur homines edaces, ventris, atque abdominis graues. Lucillus, Jullius angst.

Vixit luronos, come dones, vixit ventre. Venter auribus caret. 2, 2, 2, 2, 2, 2.

Vbi de passu agit, non admittuntur honesta ratione. Ventrem mihi obijcis.

In Græcorum ad agitorum collectaneis commemorantur & hinc. Partem proi & geftigei κάλλιστοι οὐκ εἰσ ἀπαιταί, Ἡ πλῆθος πρὸς τὰ ἰαφορῆγα, πρὸς δὲ παρὰ.

Vires Thyiaci. ἰσὶδὲν καὶ θύιακος. Athen. Dicebatur, qui cibo potuq, indulgebant: hoc enim vitiosus: Φιλῶνος, ἢοι τῶν μαρτυρῶν.

Methylacottabi. Μεθυστικὸς λαοί. Fulgari conuio dicebantur bene poti, quasi cotestabentur.

Cottabos enim poculi genus est. Du hast am Ende geiffen, du bist dir niemand zu trincken geben.

Morus. Dicitur recte in libidinosos, aut supra modum uicioris, Italia autem in uirgines feminas.

Pyrazus non fert uia inania. Μεγέρος πρὸς κρυοπλάσιον ἢ ἄλλοι. Stomachum in eos, qui gaudent semper cibo potuq, distendi. Bos in stabulo. Βόες ἐν ἀβάλλο.

Dicebatur in uiculis. Ἐν ἰσὶδὲν ἴσταν δεγέρος. Μελισσῶν. Herculanis lecti. Ηγεροκλειος ἑρμιον, ἄρην.

Herculanis lecti dicebantur molles ac delicati. Abronis vita. Ἀβρονος βίος, Ζενδοτος.

De molliter ac delicate viuentibus. Epicythare. Ἐπικυθῆρα ἑρδῆ.

Lacedæmoniorum adagio dicitur pro eo, quod est, uicium uicium intemperantius bibere. Commode desectus licet ad uicium intemperantem & immodicum vsam.

Sybaritica mensa. Συβαρῆτικὸν ἑσπῆσα. Alcinoi mensa. De conuiuio dicebatur nimium apparato.

Syraculana mensa. Συρακουλῆτικὸν ἑσπῆσα. Præstant & argue opipara dicebatur.

Vixit, dum vixit bene. Conuenit in eos, qui molliter ac suauiter viuunt, atque in sumptibus, ut non multum timent heredem.

Teneri calidis balneis. Ἀκαλοῖς θέρμῶν ἑσπῆσαι. Eudæmon. In molles & luxu distendentes dicebatur.

Amazonum cantilena. Ἀμαζονῶν ἑσπῆσαι. In delicatis ac lasciuos & parum uictos.

Coronam quidem gestans, ceterum sibi perditus. Στέφανος πρὸς ἕχρον, δὲ ἰσὶδὲν ἀποκαλάδῃ. Ἀριστοφῆαν.

In temulentum & luronem apte torquetur, quod aliquoties res ad inopiam redactus.

Ex Amphiteto bibulus. Ἀμφιτέτης βίβυλος. Dicebatur in eum, qui meratus & largius potaret.

Maschalam tollere. Μασχάλας ἀγειν. Dicebatur, qui auidius biberet.

Vinum senem etiam & nolentem saltare compellit. Admones, nihil esse tam inceptum, neque tam alienum, ad quod non incitet ebrietas. Homerus.

Oivos ἀνὸς ἰσὶδὲν ἑσπῆσαι, καὶ ἐν ἰσὶδὲν χυρῆρος. Insanire facit sanos quaque copia uini.

Vitium caret clauo. τὸ οἶνον οὐκ ἔχει πρὸς ἀλῆν. Athen. Propterea quod ebrietate nihil consulti, neque moderate vel dicitur.

Del facti. Amphitromiam agis. Ἀμφιτρομῆν ἀγῆσαι. Ad legum ad uictos vsus poterit accommodari: vel ad eos, qui pueros ostentant, ac circumferunt, aut manu scula captant, uel ad uictos.

PC

POLY

BIBLICA EXEMPLA.

Antiquior mundus. Genes. 6. v. 1. Sodoma, & Gomorrah circumiacentes, 19. v. 24. Sichem, 34. v. 25. Stupratores Hierodis filia, Matth. 14. v. 7. Marc. 6. v. 22. Prodigus filius,

HIEROGLYPHICVM.

Persephum fuit apud hieroglyphicos Aegypti sacerdotis, delictum lasciuam & lasciuam ex Porci simulacro significare. Arguuntur est columna in aede Thebis Aegypti olim crecta, in qua regem Meen execrationes delcripte erant, qui primus Aegyptios e parsimonia luxuriam, a modestia ad intemperantiam a virtute ad effeminationem illexit, quapropter simulacrum eius per vim esse voluerunt. Pier. Valer. libro 9. cap. 20. pag. 8.

EMBLEMATA.

Emblema LXXI. Andr. Alciati.

Erucæ capripes redimitus tempore Fauons
Immodica Veneris Symbola cerea refert.
Est eruca salax, indexq; libidinis hircus:
Et Satyri Nymphas semper amare solent.

Luxuriosum opus.

Emblema LXXII.

Rapibus adreia summiq; crepsidine saxi
Immites fructus sicut acerba parit:
Quos corni comedunt, quos deuorat improba cornix,
Qui nihil humana commoditate habent:
Sic fatuorum opibus parafiti & storta fruuntur,
Et nulla iustos vultu esse iuuat.

Vide Titul. Delitiae, Ebrietas, Gula, Intemperantia.

FINIS LIBRI DECIMI.

POLYAN-



UNTERE